



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXII. Reiner Goldbeck in Stralsund schreibt wegen Briefschaften des Dänischen Königs an die Hokmann zu Frankfurt, am 31. Juli 1351.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LXXI. Markgraf Ludwig stellt der Stadt Frankfurt über 150 Mark einen Schuldbrief aus,
am 22. Juni 1351.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus reni, Bawarie et karinthie dux, Tirolis et Goricie Comes, necnon Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum aduocatus, prudentibus viris Consulibus in Vrankenuorde, fidelissimis nostris et sincere dilectis, in Centum et quinquaginta marcis argenti Brandenburgensis legitime obligamur, cum quibus nostra pignora in Vrankenuorde et apud hospites nostros in kotibus nuperrime quitauerunt, quas ipsis sine omni protractione in festo natiuitatis Cristi proximo persoluere promittimus finaliter et ex toto, vel medio tempore ipsis talem reconpensam in bonis nostris facere, de qua possint et valeant contentari. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Vrankenuorde, Anno domini M^o CCC^o quinquagesimo primo, feria quarta ante natiuitatem beati Johannis Baptiste.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 45.

LXXII. Reiner Goldbeck in Stralsund schreibt wegen Brieffschaften des Dänischen Königs an die Hofmann zu Frankfurt, am 31. Juli 1351.

Vniuersis presenciam visuris uel audituris Ego Reynerus, dictus goltbeke, Ciuis in fundia, publice recognosco, Quod fratrem meum Henningum, dictum Goltbeke, Ciuem in Dammis, direxi et transiisi in Ciuitatem vrankenuord ad Honorabiles viros Cunadam, fredericum, dictos Hokeman, Ciues eiusdem Ciuitatis, pro litteris Incliti principis Regis danorum, domini Woldemari, Quas quidem ipsi Hokeman predicti fratri meo coram dominis consulibus dicte Ciuitatis vrankenuord presentauerunt benigno animo, pro quibus me ipsum obligo dictis fratribus occasione pignoris per presentes, Si aliqua dampna perciperent ex perditione uel repetitione litterarum antedictarum postmodum incurrerent per qualescunque officiales uel nuncios dicti domini Regis danorum et de omnibus dampnis ipsis ex hoc prouenientibus solutos, quitos et liberos promitto reddere et indempnes. Presentes dedi pro testimonio in vrankenuord, in vigilia beati Petri apostoli ad vincula, Anno domini Millefimo CCC^o quinquagesimo primo.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 51.